

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber VI

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)



## Epistolarum familiarium

Hoc vero tempore, cum alii interierint, alii ab sint, alii mutati voluntate sint, vnum mediū fidius tecum diem libentius posuerim, q̄ hoc omne tempus cum plerisq̄ eorum, quibuscum viuo necessario. Nolim existimare te, mihi non solitudinem iucundiorē esse, qua tamen ipsa vti non licet, q̄ sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto vno, aut ad summum altero. Itaq̄ vtor eodem profugio, quo tibi vtendum censeo, literulis nostris, præterea etiam conscientia consiliorum meorum. Ego enim is sum, quemadmodum tu facillime potes existimare, qui nihil vnq̄ mea potius, q̄ meorum ciuium causa fecerim: cui nisi inuidisset is, quem tu nunq̄ amasti (me enim amabas) & ipse beatus esset, & omnes boni. Ego sum qui nullius vim plus valere volui, q̄ honestum otium: idemq̄ cum illa ipsa arma, quæ semper tu mueram, plus posse sensi, q̄ illum consensum bonorum, quē ego idem effeceram, quāuis tuta conditione pacem accipere malui, q̄ viribus cum valentiore pugnare. Sed & hæc, & multa alia coram breui tempore licebit. Neq̄ me tamen vlla res alia Romæ tenet, nisi expectatio rerum Africarum. videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen. puto autē mea non nihil interesse, q̄ id ipsum, quid intersit, non sane intelligo. Verū tamen quicquid illinc nunciatum sit, non longe abesse velim a consiliis amicorum. Est enim res iam in eū locum adducta, vt q̄ multum intersit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter victorias non multum interfuturum putem. Sed plane animus, qui dubiis rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multum, quē etiam superiores literæ confirmarunt: quibus intellexi, q̄ fortiter iniuriam ferres, iuuatq̄ me, tibi cum summam humanitatem, tū etiā tuas literas profuisse. Verum enim scribam, teneriore mihi animo videbare, sicut omnes ferre, qui vita ingenua in beata, & libera ciuitate viximus. SED VT ILLA secunda moderate tulimus, sic hanc nō solum aduersam, sed etiam funditus euersam fortunam fortiter ferre debemus, vt hoc saltem in maximis malis boni consequamur, VT MORTEM, QVAM ETIAM Beati contemnere debeamus, propterea q̄ nullum sensum esset habitura, nunc sic affecti non modo contemnere debeamus, sed etiam optare. Tu, si me diligis, fruere isto otio, tibiq̄ persuade, PRAETER CVLPAM, AC PECCATVM, quo semper caruisti, & carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendū. Ego si videbitur recte fieri posse, ad te veniam breui: si quid acciderit, vt mutandum consilium sit, te certiore faciam statim. Tu ita fac cupidus mei videndi sis, vt istinc te ne moueas tam infirma valetudine, nisi ex me prius quaesieris per literas, quid te velim facere. Me velim, vt facis, diligas, valetudiniq̄ tuæ, & tranquillitati animi seruias. Vale.

Interesse.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM  
LIBER. VI.

M. CICERO AVLO TORQVATO, S. D.

Suæ quæq̄  
fortunæ peccat  
nitet.



Hæc ea perturbatio est omnium rerum, vt suæ quæq̄ fortunæ maxime peccat, nemoq̄ sit, quin vbiuis, q̄ ibi vbi est, esse malit, tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore, bono viro Romæ esse, miserimum sit. Nam etsi quocunq̄ in loco quisquis est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum, & publicarū, & suarum, tamen oculi augent dolorem, qui ea quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere a miseris cogitationem sinunt. Quare etsi multarum rerum desiderio te angere necesse est, tamen illo dolore, quo maxime te confici audio, q̄ Romæ non sis, animum tuum libera. Etsi enim cum magna molestia tuos, tuaq̄ desideras, tamē illa quidem, quæ requiris, suum statum tenent, nec melius, si tu adesses, tenerent, nec sunt vllō in proprio periculo. Nec debes tu, cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam postulare, aut communem recusare. De te autem ipso Torquate est tuum sic agitare animo, vt non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem, aut timorem, nec



enim is, qui in te adhuc iniustior, q̄ tua dignitas postulabat fuit, non magna signa dedit ani-  
mi erga te mitigati. nec tamen is ipse, a quo salus peritur, habet explicatam, aut exploratam  
ratione salutis suae. CVMQVE OMNIUM bellorū exitus incerti sint, ab altera victoria tibi  
periculum nullum esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab omnium interitu: ab altera  
te ipsum nunq̄ timuisse certo scio. Reliquum est, ut te id ipsum, qd̄ ego quasi consolatio-  
nis loco pono, maxime excruciet, commune periculum reipub. cuius tanti mali, quibus docti vi-  
ri multa dicant, tamen vereor, ne consolatio vlla possit vera reperiri, praeter illam, quae tanta  
est, quantum in cuiusq̄ animo roboris est, atq̄ neruorum. SI ENIM BENE sentire recteq̄  
facere satis est ad bene, beateq̄ viuendum, non vereor, ne eum, qui se optimorum consilio-  
rum conscientia sustentare possit, miserum esse nefas sit dicere. Nec enim nos arbitror vi-  
ctoriae praemiis ductos patriam olim, & liberos, & fortunas reliquisse, sed quoddam nobis of-  
ficium iustum, & pium, & debitum reipub. nostraeq̄ dignitati videbatur: qui neq̄ cum id fa-  
ciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis esset victoria. Quare si id euenit, quod in-  
gredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse, non debemus ita cadere ani-  
mis, quasi aliquid eueniret, quod fieri posse nunq̄ putarem? Simus igitur ea mente, quam ra-  
tio & veritas praescribit, ut nihil in vita nobis praestandum praeter culpam putemus: eaq̄ cu-  
careamus, omnia humana placate & moderate feramus. Atq̄ haec eo pertinet oratio, ut per-  
ditis rebus omnibus, tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur. Sed si est spes aliqua re-  
bus communibus, ea tu quicumq̄ status est futurus, carere non debes. Atq̄ haec mihi scribere  
mihi veniebat in mentem, me eum esse, cuius tu desperationem accusare solitus esses, quae au-  
thoritate tua cunctantem, & diffidentem excitare. Quo quidem tempore non ego causam no-  
stram, sed consilium improbabam. Sero enim nos iis armis aduersari videbam, quae multo an-  
te confirmata per nosmetipsos erant: dolebamq̄ pilis, & gladiis, non consiliis, neq̄ auctorita-  
tibus nostris de iure publico disceptari. Neq̄ ego ea quae facta sunt, fore cum dicebam, diui-  
nabam futura, sed quod & fieri posse, & exitiosum fore, si euenisset, videbam, id ne accideret  
timebam: praesertim cum si mihi alterutrum de euentu, atq̄ exitu rerum promittendum es-  
set, id futurum qd̄ euenit, exploratius possem promittere. His enim rebus praestabamus, quae  
non prodeunt in aciem: vsu autem armorum, & militum robore inferiores eramus. Sed tu  
illum animum nunc adhibe quae so, quo me tum esse oportere censebas. Haec eo scripsi, q̄ mi-  
hi nunc Philargyrus tuus omnia de te requirenti fidelissimo animo (ut mihi quidem visus  
est) narrauit, te interdum sollicitum solere esse vehementius: quod facere non debes, nec du-  
bitare, quin aut aliqua repu. sis futurus qui esse debes, aut perditam, non afflictiore conditio-  
ne q̄ caeteri. Hoc vero tempus, quo exanimati omnes, & suspensi sumus, hoc moderatiore ani-  
mo ferre debes, q̄ & in ea Vrbe es, vbi nata, & alta est ratio, ac moderatio vitae, & habes Ser-  
uium Sulpitium, quem semper vnice dilexisti, qui te profecto & benevolentia, & sapientia co-  
solatur: cuius si essemus & auctoritatem, & consilium secuti, rogati potius potentiam, q̄ ar-  
mati victoriam subissemus. Sed haec longiora fortasse fuerunt, q̄ necesse fuit: illa quae maio-  
ra sunt, breuius exponam. Ego habeo cui plus, q̄ tibi debeam, neminem. quibus tantum de-  
beam, quantum tu intelligis, eos mihi huius belli casus eripuit, qui sim autem hoc tempo-  
re, intelligo: sed quia NEMO EST tam afflictus, qui, si nihil aliud studeat, nisi id qd̄ agit, non  
possit nauare aliquid, & efficere, omne meum consilium, operam, studium certe velim existi-  
mes tibi, tuisq̄ liberis esse debitum. Vale.

M. CICERO. A. TORQVATO. S. D.



**D**Eto a te, ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere, q̄ solebam, sed aut  
grauitate valetudinis, qua tñ iam paululum videor leuari, aut q̄ absim ab  
Vrbe, ut qui ad te proficiscantur, scire non possim. Quare velim ita statu-  
tum habeas, me tui memoriam summa cum benevolentia tenere, tuasq̄ o-  
mnis res non minori mihi cura, q̄ meas ee. Quae maiore i varietate versata e-  
ad huc tua causa, q̄ homines, aut volebant, aut opinabantur, mihi crede, non  
est pro malis temporum, quod moleste feras. Necesse est enim, aut armis vrgeri republi-  
cam sempiternis, aut his positis recreari aliquñ, aut fundit⁹ interire. Si arma valebunt, nec eos  
a qb⁹ recesseris vereri debes, nec eos, quos adiuuisti. Si armis, aut conditioe positis, aut defa-  
dd iiii

Comme  
Vereor ne  
vlla, alii nul  
la.

Prestare.  
Carere cul  
pa.

Prestare.

Athena.



## Epistolarum familiarium

rigatione abiectis, aut victoria detractis ciuitas respirauerit, & dignitate tua frui tibi, & fortunis licebit. Sin omnino interierint omnia, fueritque is exitus, quem vir prudentissimus M. Antonius iam tum timebat, cum tantum instare malorum suspicabatur, misera est illa quidem consolatio tali praesertim cui, & viro, sed tamen necessaria, NIHIL esse praecipue cuique dolendum in eo, quod accidat vniuersis. Quae vis insit in his paucis verbis (plura enim committenda epistolae non erant) si attendes, quod facis, profecto etiam sine meis literis intelliges te aliquid habere, quod speres: nihil quod aut hoc, aut aliquo reipub. statu timeas: oia si interierint, cum superstitem te esse reip. ne si liceat quidem velis, ferendam esse fortunam, praesertim quae absit a culpa. Sed haec haec. Tu velim scribas ad me quid agas, & ubi futurus sis, vt aut quo scribam, aut quo veniam, scire possim. Vale.

Committenda epistole.

M. CICERO. S. D. A. TORQVATO.



Vperioribus literis beneuolentia magis adductus, quam quod res ita postularer, fui longior. Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua, neque erat ea mea causa, atque fortuna, vt cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. Hoc item tempore breuior esse debeo. siue enim tum nihil opus fuit tam multis verbis, nihilo magis nunc opus est: siue tum opus fuit, illud satis est, praesertim cum accesserit nihil noui. Nam etsi quotidie aliquid audimus earum rerum, quas ad te perferri existimo, summa tamen eadem est, & idem exitus, quem ego tam video animo, quam ea quae oculis cernimus. Nec vero quicquam video, quod non idem te videre certo scio. Nam etsi quem exitum acies habitura sit, diuinare nemo potest, tamen & belli exitum video, & si id minus, hoc quidem certe, cum sit necesse alterutrum vincere, qualis futura sit vel haec vel illa victoria. Idque cum optime perspexi, tale video, nihil vt mali videatur esse futurum, si id vel ante ceciderit, quod vel maximum ad timorem proponitur. **ITA ENIM VIVERE, VT NON SIT VIVENDVM**, miserimum est: mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. Sed in ea es vrbe, in qua haec vel plura & ornatiores parietes ipsi loqui possent videantur. Ego tibi hoc confirmo, **ETSI LEVIS EST** consolatio ex miseriis aliorum, nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quam quaeuis, aut eorum qui discesserint, aut eorum qui remanserint. alteri dimicant, alteri victorem timeant. Sed haec consolatio leuis, illa grauior, quae te vt spero, ego certe vtor. nec enim dum ero, angar vlla re, cum omni vacem culpa: et si non ero, sensu omnino carebo. Sed rursus *γλαυκα εις αθηνας*, qui ad te haec. Mihi tu, tui, tua omnia maxima cura sunt, & dum viuam erunt. Vale.

Accesserit.

Vacem culpa.  
Noctua  
Athenas.

M. T. CICERO. A. TORQVATO, S. D.



Qui, quod ad te scriberem, nihil erat, & tamen siquid esset, sciebam te a tuis certiore fieri solere. **DE FVTVRIS** aut rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere, cum res est eiusmodi, cuius exitus prouideri possit. Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum, etsi id ipsum nonnullis videatur secus. Equidem cum haec scriberem, aliquid iam actum putabam, non quo ego certo sciam, sed quod haud difficilis erat coniectura. **NAM CVM** omnis belli Mars communis, & cum semper incerti exitus praeliorum sint, tamen hoc tempore magna vtriusque copia, ita parata ad pugnandum esse dicitur, vt vtercumque vicerit, non sit mirum futurum. Illa in dies singulos magis, magisque opinio hominum confirmatur, etiam si inter causas armorum aliquantum interfit, tamen inter victorias, non multum inter futurum. Alteros propemodum iam sumus experti: de altero nemo est quin cogitet, cum sit metuendus iratus victor armatus. Hoc loco si videor augere dolorem tuum, quem consolando leuare debeam, fateor me communium malorum, consolationem nullam inuenire, praeter illam, quae tamen, si possis eam suscipere, maxima est, quae ego quotidie magis vtor, **CONSCIENIAM RECTAE** voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum, nec esse vllum magnum malum praeter culpam. A qua quando ratum absumus, vt etiam optime senserimus, euentusque magis nostri consilii, quam consilium reprehendat, & quando praestitimus quod debuimus, moderate, quod euenit, feramus. Sed hoc mihi tamen non sumo, vt te consolor de communibus miseriis, quam ad consolandum maioris ingenii, & ad ferendum singularis virtutis indigent,

Itaque

Quotidie magis. ”  
”  
Euentus.



Illud cuius facile est docere, cur p̄cipue tū dolere nihil debeas. Ei⁹. n. q. tardior in te leuādo fuit, q̄ fore putarem⁹, nō est mihi dubia de tua salute sentētia, de aliis autē nō arbitror te expectare qd sentiā. Reliquū est vt te angat, q̄ absis a tuis tādū, res molesta, ab iis p̄fertim pueris, qb⁹ nihil pōt esse festiui⁹. Sed vt antea ad te scripsi, tēpus est hmōi, vt suā q̄sq̄ cōditionē miserrimā putet, & vbi q̄sq̄ sit, ibi esse minime velit. Egdē nos q̄ Romē sum⁹, miserrimū esse duco, nō solū q̄ in omnibus malis acerbū est videre, q̄ audire, sed etiā, q̄ ad omneis casus subitorum periculorū magis obiecti sumus, q̄ si abessemus, etsi me ipsum cōsolatorē tuū, nō tantum litere, quibus semper studui, quātū longinquitas tēporis mitigauit. Quāto fuerim dolore meministi. In quo prima illa cōsolatio est, vidisse me plus, q̄ ceteros, cū cupiebā quīs iniqua cōditione pacē. Qd̄ etsi casu nō diuinatione mea factū est, tamē hac inani prudētiē laude delector. Deinde qd̄ mihi ad cōsolationē cōmune tecū est, si iā vocer ad exitū vitē, non ab ea rep. auellar, qua carendū esse doleā, p̄fertim cū id sine vllō sensu futurū sit. Adiuuat me etas, & acta iā vita, quē cū cursu suo bene cōfecto delectatur, tū vetat in eo vim timere, quo nos iam natura ipsa pene p̄duxerit. Postremo is vir, vel etiā ii viri hoc bello occiderūt, vt impudētia videat eandē fortunā (si res cogat) recusare. Equidē mihi omnia p̄pono, nec vllum est tātū malū, qd̄ non putem impendere. SED CVM PLVS IN metuendo mali sit, q̄ in illo ipso qd̄ timef, desino: p̄fertim cū id impendat, in quo nō modo dolor nullus, verū finis etiā doloris futurus sit. Sed hec satis multa, vel plura potius, q̄ necesse fuit, facit autem non loquacitas mea, sed beneuolentia longiores epistolas. Seruium discessisse Athenis molestē tuli. non em̄ dubito, quin magnē tibi leuationi sit solitus esse quotidianus congressus, & sermo cū familiarissimi hominis, tum optimi, & prudentissimi viri. Tu velim te, vt debes & soles, tua virtute sustentēs. Ego quē te velle, quēq̄ ad te, & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiose, diligenterq̄ curabo, quā cum faciam, beneuolentiam tuam erga me imitabor, merita non assequar. Vale.

M. CICERO. A. CAECINNAE. S. D.



Votiescunq̄ filiū tuū video (video autē fere quotidie) polliceor ei studiū quidē meū, & operā sine vlla exceptiōe, aut laboris, aut occupatio nis, aut tēporis: gratiā autē, atq̄ auctoritatē cū hac exceptiōe, quātum valeam, quantūq̄ possim. Liber tuus & lectus est, & legitur a me diligēter, & custoditur diligentissime. Res & fortunē tuē mihi maximē curae sunt: quē quidē quotidie faciliores mihi, & meliores vident, multisq̄ video magnē esse curē, quorū de studio, & de sua spē filiū ad te perscripsisse, certo scio. His autē de rebus, quas cōiectura cōsequi possumus, nō mihi sumo, vt plus ipse respiciam, q̄ te videre atq̄ intelligere mihi p̄suaserim: sed tñ qa fieri potest, vt tu ea p̄urbati ore aīo cogites, puto esse meum, qd̄ sentiā exponere. Ea natura rerū est, & is tēporū cursus, vt nō possit ista, aut tibi, aut ceteris fortuna esse diuturna, neq̄ herere in tam bona causa, & in tam bonis ciuibus tā acerba iniuria. Quare ad eā spē, quā extra ordinē de te ipso habem⁹, nō solū p̄pter dignitatē, & virtutē tuā, hec em̄ ornāmēta sunt tibi etiā cū aliis cōia, accedūt tua p̄cipua p̄pter eximiū īgeniū, summāq̄ virtutē, cui mehercule hic, cui⁹ ī potestate sum⁹, multū tribuit. Itaq̄ ne punctū qd̄ tēporis in ista fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo, quo delectat, se violatū putaret: qd̄ ipsum lenitē quotidie, significaturq̄ nobis ab iis, q̄ simul cū eo viuunt, tibi hāc ipsam opiniōnē ingenii apud ipsum plurimū p̄futurā. Quapropter primū, fac animo forti, atq̄ magno sis: ita em̄ natus, ita educatus, ita doctus es, ita etiā cognitus, vt tibi id faciēdū sit. deinde spē quoq̄ habeas firmissimā p̄pter eas causas, quas scripsi. a me vero tibi oīa, liberisq̄ tuis paratissima esse cōfidas velim. Id enim & vetustas nostri amoris, & mea consuetudo in meos, & tua multa erga me officia postulant. Vale.

M. CICERO. A. CAECINNAE. S.



Vereor ne desideres officii meū, qd̄ tibi pro nostra & meritorū multorum, & studiorū, & partium coniunctione deesse non debet: sed tamen vereor, ne literarū a me officii regras, quas tibi etiam pridem Essedi misissem, nisi quotidie meli⁹ expectās, gratulationē, q̄ cōfirmationē animi tui cōplecti literis maluissem. Nunc autē, vt spero, breui gratulabimur. itaq̄ in aliud tēpus argumentū epistolē differetur. His autē literis animū tuū, quē minime

dd v

Videre q̄  
audire &c.

Mors.

Quotidie.

Sumo mihi.

Cesar.



IVXX. Epistolarum familiarium

me imbecillum esse & audio, & spero, etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis auctoritate, confirmandum etiam, atque etiam puto. Nec ipsis quidem verbis, quibus te consolentur ut afflictum, & iam omni spe salutis orbatum, sed ut eum de cuius incolumitate non plus dubitem, quam te meminisse dubitare de mea. Nam cum me ex republica expulissent, quod illam cadere posse, stante me non putauerunt, meminisse me ex multis hospitibus, quod ad me ex Asia in qua tu eras, venerat, audire te de glorioso, & celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quedam vetustae disciplinae, quam a patre nobilissimum, atque optimo viro acceperas, non fessellit, nec nos quod nostra diuinationis falleret, quam tamen sapientissimorum virorum monimentis, atque preceptis, plurimorumque, ut scis, doctrinae studio, tum magno etiam usu tractatae reipublicae magnaque nostrorum temporum varietate consecuti sumus. Cui quidem diuinationi hoc plus confidimus, quam ea nos nihil in his tam obscuris rebus tam perturbatis unquam omnino fessellit. Dicerem quae antea futura dixissem, nisi vererem, ne ex euentis fingere viderer. Sed tamen plurimi sunt testes, me & initio, ne coniungeret se cum Caesare monuisse Pompeium, & postea, ne se iungeret: coniunctione frangi senatus operes, dissidatione civile bellum excitari videbam. Atque ut ebar familiarissime Caesare, Pompeium faciebam plurimi: sed erat meum consilium cum fidele Pompeio, tum salutare utriusque. Quae praeterea prouiderim, praetereo. Nolo enim hunc de me optime meritum existimare ea me suasisse Pompeio, quibus ille si paruisset, esset hic quidem clarus in toga, & princeps, sed tantas operes, quantas nunc habet, non haberet. Eundem in Hispaniam censui: quod si fecisset, civile bellum nullum omnino fuisset. Rationem haberi absentis non tam pugnaui ut liceret, quam ut quando ipso consule pugnae populus iusserat, haberetur. Causa belli orta est: quid ego praetermissi aut monitorum, aut querelarum: cum vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. Victa est auctoritas mea, non tam a Pompeio (nam is mouebatur) quam ab ipsis, qui duce Pompeio freti popportuna & rebus domesticis, & cupiditatibus suis belli victoriam fore putabant. Susceptum bellum est, quiescere me: depulsum ex Italia, manente me, quoad potui: sed valuit apud me plus pudor meus, quam timor: veritus sum deesse Pompeii salutem, cum ille aliquando non defuisset meae. Itaque vel officio, vel fama honorum, vel pudore victus, ut in fabulis Amphiaras, sic ego prudens, & sciens ad praesens ante oculos positam sum profectus. Quo in bello nihil aduersi accidit non praedicere me. Quare quando ut augures & astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritate augurii, & diuinationis meae, debet habere fidei nostra praedictio. Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solistimis, aut somniis tibi auguror, sed habeo alia signa, quae obseruare: quae etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis, vel erroris. Notantur autem mihi ad diuinandum signa duplici quadam via: quarum alteram duco e Caesare ipso: alteram e temporum civilium natura, atque ratione. In Caesare haec sunt, mitis, clemensque natura, qualis exprimitur proclare illo libro querelarum tuarum. Accedit quod mirifice ingenii excellentibus, quale est tuum, delectatur. Praeterea cedit multorum iustis, & officio incensis, non inanibus, aut ambiciosis voluntatibus. In quo vehementer eum consentiens Hetruria mouebit. Cur haec igitur adhuc parum profecerunt: quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi cui iustius videtur irasci posse, concesserit. Quae est igitur, inquit, spes ab irato? Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo fit leuiter aspersus. Potestremo homo est valde acutus, & multum prouidens: intelligit te hominem in parte Italiae mihi me contemnenda facile omnium nobilissimum, & in communi republica cuius summorum tuae aetatis vel ingenio, vel gratia, vel fama populi Romae parum posse prohibere a republica diutius: nolet hoc temporis potius esse aliquando beneficium, quam suum. Dixi de Caesare, nunc dicam de temporum rerumque natura. Nemo est tam inimicus eius causae, quam Pompeius animatus melius, quam paratus susceperat, quam nos malos ciueis dicere, aut homines improbos audeat. In quo admirari soleo grauitatem & iustitiam & sapientiam Caesaris, nunquam nisi honorificissime Pompeium appellat. At in eius personam multa fecit asperius. Armorum ista & victoriae sunt facta, non Caesaris. At nos quemadmodum est conplebat, cum summa illius dignitate restituit. Quo igitur haec spectant? Rerum haec natura, & civilium temporum non patietur, nec manens, nec muta ratio feret, primum ut non in causa pari eadem sit & conditio & fortuna omnium: deinde ut in eadem ciuitate boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum scelerum condonari reuerterunt. Habes augurium meum, quo, si quid addubitarum, non potius vterer, quam illa consolatione, qua facile forte virum sustentarem: te, si explorata victoria arma sumpstiles pro republica. (ita enim tum putabas) non nimis esse

Parthi  
V. 111. 112.

Pugnaui.

Augur  
Cicero.  
Supstitiose

Caesaris  
mores.

Caesaris be  
neficia.  
Legauit si  
bi Cassium.



Liber. VI. Fo. XXVII.

laudandum. Sin propter incertos exitus, euentusq; bellorū posse accidere vt vinceremur, pū  
tasses, nō debere te ad secundā fortunā bene paratū fuisse, aduersam ferre nullo modo posse.  
Disputarē etiā quāto solatio tibi cōsciētia tui facti, quāteve delectationi in rebus aduersis  
literē esse deberēt. Cōmemorarē nō solū veterū, sed & horū etiā recētū, vel ducū, vel comi-  
tū tuorū grauissimos casus. Etiā externos multos claros viros nominarem. LEVAT ENIM  
DOLOREM COMMVNIS Q VASI LEGIS, ET HVMANAE CONDITIONIS REcor  
datio. Exponerem etiā quēadmodū hic, & quanta in turba, quātaq; in cōfusione rerū omnīū  
viueremus. necesse est enim minore desiderio p̄dita rep. carere, q̄ bona. Sed hoc genere nihil  
opus est, incolumē te cito, vt spero, vel potius, vt p̄spicio, videbimus: interea tibi absentī, &  
huic, q̄ adest, imaginī animi, & corporis tui, cōstātissimo atq; oprimo filio tuo, studiū, offi-  
cium, oprā, laborē meū, iā pridē & pollicitus sum, & detuli. Nūc hoc amplius, q̄ me amicis-  
sime quotidie magis Cēsar amplectit, familiares qdē ei⁹ sicuti neminē. Apd̄ quē qcqd valebo  
vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi. Tu cura, vt cū, & fortitudine animi tui te, tū etiā spē  
optimorum, sustentēs. Vale. A. CAECINNA. M. CICERONI. S.



Vod tibi nō tā celeriter liber est reddit⁹, ignosce timori nostro, & miserere  
tēporis. Filius, vt audio, pertimuit, neq; iniuria, si liber exisset, quādo nō tā  
interest quo animo scribat, q̄ quo accipiat, ne ea res inepte mihi noceret,  
cū p̄sertim adhuc stylī p̄enas dē, qua quidē in re, singulari sum fato. NAM  
cū mēdū scripturē litura tollat, stultitia fama multet, meus error exilio cor-  
rigit, cuius summa criminis est, q̄ armat⁹ aduersario maledixi. Nemo no-  
strorū est, vt opinor, quin vota victoriē suē fecerit: nemo quin etiā cū de alia re immolaret,  
tū eo quidē ipso tēpore, vt q̄primū Cēsar superaret, optaret. hoc si nō cogitat, oībus in reb⁹  
felix est: si scit, & p̄suasus est, qd irascit ei, q̄ aliqd scripsit cōtra suā volūtate: cū ignorit omī  
bus, q̄ multa deos venerati sūt cōtra eius salutē. Sed vt eodē reuertat, causa hęc fuit timo-  
ris, scripsi de te parce mediussidius, & timide, non reuocās me ipse, sed pene refugiēs. Genus  
autē hoc scripturē nō modo liberū, sed incitatū, atq; latū esse debere q̄s ignorat. Solutū exi-  
stimatur esse alteri maledicere, tamē cauēdū est, ne in petulantiā icidas. Impeditū, se ipsum lau-  
dare, ne vitium arrogantie subsequatur. Solum vero liberum, alterum laudare: de quo quic  
quid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidie assignetur. At nescio an tibi gratius,  
opportuni⁹q; acciderit. Nam qd p̄clare nō poterā, primū erat non attingere, secūdū benefi-  
cium q̄peritissime facere: sed tū ego me qdē sustinui, multa minui, multa sustuli, cōplura ne  
posui qdē. Q VEMADMODVM IGITVR SCALARVM gradus si alios tollas, alios in-  
cidas, nōnullos male herētes relinquant, ruine piculū struas, nō ascēsū pares: sic tot malis, tū  
victū, tū fractū studiū scribēdū, qd dignū auribus aut pbabile potest afferre. Cū vero ad ipsi⁹  
Cēsaris nomē veni, toto corpore cōtremisco, nō p̄cēne metu, sed illius iudiciū. totū em̄ Cēsa-  
rē nō noui. quē putas animū esse, vbi secū loquet: hoc pbabit, hoc verbū suspitiosum est. qd  
si hoc muto: at vereor, ne p̄ius sit. Age vero laudo aliquē, nū offendo: cū porro offendā, qd  
si nō vult: armati stylū p̄sequit, victi & nōdū restituri qd faciet: auges etiā tu mihi timorem,  
q̄ in oratore tuo caues tibi p̄ Brutū, & ad excusationē sociū queris. vbi hoc omnīū patron⁹  
facis, qd me veterē tuū, nūc omnīū cliētē sentire oportet. IN HAC IGITVR Calūnia timo-  
ris, & cēce suspitionis tormēto, cū plurima ad alieni sensus cōiecturā, nō ad suū iudiciū scri-  
bant, q̄ difficile sit euadere, si minus expertus es, q̄ te ad oīa summū, atq; excellens armauit  
ingeniū, nos sentimus. Sed tū ego filio dixerā, librū tibi legeret, & auferret, aut ea cōditiōne  
daret, si reciperes te correcturū, hoc est, si totū aliū faceres. De Asiatico itinere q̄q; summa ne-  
cessitas p̄mebat, vt imperasti, feci. Te p̄ me qd hortet: vides tēpus venisse, quo necesse sit de  
nobis cōstitui. Nihil est mi Cicero, q̄ filiū meū expectes, adolescēs est, oīa excogitare vel stu-  
dio, vel etate, vel metu nō potest. Totū negotiū tu sustineas oportet, in te mihi oīs spes est:  
tu p̄ tua prudētia, q̄bus rebus gaudeat, q̄bus capiat Cēsar tenes: a te oīa p̄ficiscant, & per te  
ad exitū pducant, necesse est: apud ipsum multū, apud eius oīs plurimū potes. vnū si p̄suase-  
ris, nō hoc esse tui muneris, si qd rogatus fueris, vt facias, q̄q; id magnū, & amplū est, sed to-  
tum tuū esse, oē onus p̄ficiēs. nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis im-  
pudēter tibi onus impono. Sed vtriq; rei excusationē tuē vitē cōsuetudo dat: nā q̄ ita con-  
sueuisti p̄ amicis laborare, nō iā sic sperāt abs te, sed etiā sic imperāt tibi familiares. Qd ad li-  
brum attinet, quē tibi filius dabit, peto a te ne exeat, aut ita corrigas, ne mihi noceat. Vale.

Libri edēdi  
cautio &  
casus.

Suā & ei⁹

Librū corri-  
gendū exhi-  
bet.



## Epistolarum familiarium

M. CICERO. A. CAECINNAE. S. D.



Um esset mecum Largus homo tui studiosus locutus Calen. Ianuarias tibi praefinitas esse, quod omnibus in rebus perspexeram, quae Balbus, & Oppius absente Caesare egissent, ea solere illi rata esse, egi vehementer cum his, ut hoc mihi daret, tibi in Sicilia quoad vellemus, uti esse liceret, qui mihi cum fuissent, aut libenter polliceri, si quod esset eiusmodi, quod eorum animos non offenderet, aut etiam negare, & afferre rationem cur negarent, huic meae rogationi potius non continuo responderunt, eodem die tamen ad me reuerterunt, mihi hoc dederunt, ut esses in Gallia, quoad velles: se praestituros, nihil ex eo te offensionis habiturum. Quando quid tibi praemittatur cognouisti, quid mihi placeat, puto te scire oportere. Actis his rebus literae a te mihi sunt redditae, quibus a me consilium petis, quod si mihi auctor in Sicilia ne subsidas, an ut ad reliquias Asiaticae negotiationis perficere. Haec tua deliberatio non mihi convenire visa est cum oratione Largi. Ille enim mecum, quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat: tu autem quasi concessum sit, ita deliberas. Sed ego siue hoc, siue illud est, in Sicilia censeo commorandum. Propinquitas locorum vel ad impetrandum adiuuat crebris literis, & nunciis, vel ad reditus celeritatem, te aut impetrata, aut quod spero, aliqua ratione confecta. Quamobrem censeo magis commorandum. T. Furfano, Posthumio familiari meo, legatisque eius, item meis familiaribus, diligentissime te commendabo, cum venerint, erant enim omnes Mutinae, viri sunt optimi, & tui similitudinis studiosi, & mei necessarii. Quae mihi venient in mentem, quae ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciam. Si quid ignorabo, de eo admonitus, omnium studia vincam. Ego etiam coram de te cum Furfano ita loquar, ut tibi literis meis ad eum nihil opus sit, tamen quoniam tuis placuit te habere meas literas, quas ei redderes, morem his gessi, earum literarum exemplum infra scriptum est. Vale.

Tui similitudinis

Commendatione

M. CICERO. T. FURFANO PRAETORIS. S. D.



Um A. Cecinna tanta mihi familiaritas, consuetudoque semper fuit, ut nulla maior esse possit. Nam & patre eius claro homine, & forti viro plurimum visum sumus: & hunc a puero, quod & spiritus mihi magnam afferebat summam probitatis, summamque eloquentiam, & vivebat mecum coniunctissime non solum officiis amicitiae, sed etiam studiis communibus, sic semper dilexi, ut non villo cum homine coniunctius vivere. Nihil attinet me plura scribere, quod mihi necesse sit eius salutem, & fortunas quibuscumque rebus possim tueri, ut vides. Reliquum est, ut cum cognorim pluribus rebus, quod tu, & de honorum fortuna, & de reipublicae calamitatibus sentire, nihil a te petam, nisi ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cecinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quantum me a te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

M. CICERO. TREBATIO. S. D.



Mihi ipse. Go quam tibi te faciam, semper fecerim, quantum me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam & consilium tuum, vel casus potius, diutius in armis civilibus commorandi, semper mihi magno dolori fuit: & hic euerus, quod tardius quam est equum, & quam ego vellem, receperis fortunam, & dignitatem tuam, mihi non minori cura est, quam tibi semper fuerint casus mei. Itaque Posthumuleno, & Sextio, & sepius Attico nostro, proxime Teude liberto tuo totum me partefeci, & haec his singulis sepe dixi, quacumque re possim me tibi, & liberis tuis satisfacere cupere: idque tu ad tuos velim scribas, haec quidem certe, quae in potestate mea sunt, ut opera, studium, consilium, rem, sedem meam, sibi ad omnes res parata putet. Si auctoritate, & gratia tantum possem, quantum in ea reipublicae de qua ita meritus sum, posse deberem, tu quoque is esses qui fuisti, cum omnino gradu amplissimo dignissimum, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed quoniam eodem tempore, eademque de causa nostrum uterque cecidit, tibi & illa polliceor, quae supra scripsi, quae sunt adhuc mea, & ea quae praeterea videor mihi ex aliqua parte retinere, tantum ex reliquiis pristinae dignitatis. Neque enim ipse Caesar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus a nobis, & omnes fere familiarissimi ei quasi deus mei magnis veteribus officiis me diligenter observant, & colunt. Itaque si quis mihi erit adiutus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate, in qua sunt omnia agenda, quae quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor ut sperem, agenda pro me ipse, & moliar. Singula praesertim non est necesse, uniuersum studium meum, & benevolentiam ad te defero: sed magni mea interest, hoc tuos omnes scire, quod tuis literis fieri potest, ut intelligant omnia Ciceronis, patere Trebatio. Hoc eo pertinet, ut nihil existimet esse tam

Mihi ipse.



difficile, quod non pro te mihi susceptum, iucundum sit futurum. Antea misissem ad te literas, si genus scribendi inuenire. Tali enim tempore, aut consolari amicorum est, aut polliceri. Consolatione non utebar, quod ex multis audiebam, quod fortiter, sapienterque ferres iniuriam temporum, quod te vehementer consolaretur conscientia factorum, & consiliorum tuorum, quod quidem si facis, magnam fructum studiorum optimorum capis, in quibus te scio semper esse versatum: idque ut facias, etiam atque etiam hortor. Simul & illud tibi homini peritissimo rerum & exemplorum, & omnis vetustatis, ne ipse quidem rudis, sed in studio minus fortasse quam velle, & in rebus, atque usu plus etiam quam velle verus, spondeo, tibi acerbitate istam, & iniuriam non diuturnam fore. Nam & ipse qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad equitatem, & ad rerum naturam videtur, & ipsa causa ea est, ut iam simul cum re, quae in perpetuum iacere non potest, necessario reuiuiscat, atque recreetur, quotidieque aliquid sit lenius, & liberalius, quam timebamus. Quae quando in temporum inclinationibus sepe paruis posita sunt, omnia momenta obseruabimus, neque vllum pretermittimus, tui iuuandi, & leuandi locum. Itaque illud alterum quod dixi literarum genus quotidie mihi, ut spero, fiet perleuius, ut etiam polliceri possim: id re, quam verbis faciam libentius. Tu velim existimes, & plures te amicos habere, quam qui in isto casu sunt, ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim, & me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas, & magnam, quod est in vno te: quae sunt in fortuna, temporibus regentur, & consiliis nostris prouidebuntur. Vale.

M. CICERO TREBATIO, S. D.



Olabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil erant, nec enim accidit mihi opus esse, & ille mihi debebat, quod non defuerat eius periculis. Nunc tanto sum deuinctus eius beneficio, quod & antea in re, & hoc tempore in salute tua cumulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus debeam. Qua in re gratulor tibi ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari, quam gratias agere maximam. Alterum non omnino desidero, alterum vere facere poteris. Quod reliquum est, quando tibi virtus, & dignitas tua reditum ad tuos aperuit, est tuae sapientiae, magnitudinisque aliquid, quod amiseris obliuisci, quod recuperaueris cogitare, viues cum tuis, viues nobiscum: plus acquisiui tui dignitatis, quam amisisti rei familiaris, quam tamen ipsa esset iucundior, si vlla esset res. Nestorius noster familiaris ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Haec praedicatio tua mihi valde grata est, eaque te uti facile patior, cum apud alios, tum mehercule apud Syronem nostrum amicum. Quae, nam facimur, ea prudentissimo cuique maxime probata esse volumus. Te cupio videre quamprimum. Vale.

M. CICERO APPIO BALBO, S. D.



Ratulor tibi mi Balbe, vereque gratulor, nec sum tam stultus, ut te usura falsi gaudii frui velim, deinde fragi repente, atque ita cadere, ut nulla res te ad equitatem animi postea possit extollere. Egi tuam causam apertius, quam tempora nostra ferebant. Vincebatur enim fortuna ipsa debilitate gratiae nostrae, tui charitate, & meo perpetuo erga te amore, culto a te diligentissime, omnia promissa, confirmata, certa, & rata sunt, quae ad reditum, & salutem tuam pertinent, vidi, cognoui, interfui. Etenim omnes Caesaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine, & beneuolentia sic, ut cum ab illo discesserint, me proximam habeant. Hoc Pansa, Hircius, Balbus, Oppius, Marius, Posthumus plane ita faciunt, ut me vnicuique diligant. Quod si mihi per me efficiendum fuisset, non me poeniteret pro ratione temporum ita esse molitum. Sed nihil est a me inseruitum temporis causa: veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibus ego agere de te non desitui. Principem tamen habuimus Pansam tui studiosissimum, mei cupidum, qui valet apud illum non minus auctoritate, quam gratia. Cimber autem Tullius mihi plane satisfecit. Valent tamen apud Caesarem non tam ambitiosae rogationes, quam necessariae: quas quia Cimber habebat, plus valuit, quam pro villo alio valere potuisset. Diploma statim non est datum, quod mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius veniam tibi dari, quam illi appellabant tubam bellicam ciuilibus, multaque ita dicunt, quasi non gaudeant id bellum incidisse. Quare visum est occultius agendum, neque villo modo diuulgandum de te iam esse perfectum, sed id erit perbreui, nec dubito, quin legente te has literas confecta iam res futura sit. Pansa quidem mihi gratus homo & certus non solum confirmauit, verum etiam recepit perceleriter se ablaturum Diploma. Mihi tamen placuit haec ad te perscribi, minus enim te firmum sermo Epuleiae tuae, lacrymaeque Appiae declarabant, quam significant litterae tuae: atque ille arbitrantur, cum a te abessent ipse, multo in grauiore cura te futurum. Quare magnopere putauit angoris, & doloris tui leuandi causa pro certis

Comedat  
Dol abellam.

Gratulato  
ria.

Cimber.

Diploma.



## Epistolarum familiarium

ad te ea, quæ essent certa, perscribi oportere. Scis me antea sic solitum esse scribere ad te, magis ut cōsolarer fortē virū, atq; sapiētē, q̄ ut exploratā spē salutis ostēderē, nisi eā, quā ab ipsa rep. cū hic ardor extinct⁹ esset, sperari oportere cēserē. Recordare tuas literas, qb⁹ & magnū animū mihi semp ostēdisti, & ad omneis casus ferēdos constantē, atq; paratū, qd̄ ego nō mirabar, cum recordarer te & a primis tēporibus etatis in rep. esse versatum, & tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis, fortunarūq; communitū, & in hoc ipsum bellū esse ingressum, nō solū uti victor beatus, sed etiā, ut si ita accidisset, victus & sapiēs esses. Deinde, cū studiū tuū cōsumas in virorū fortū factis memorię pdendis, cōsiderare debes nihil tibi esse commitēdū, quāobrem eorū quos laudas, nō te similit̄ prēbeas. Sed hæc oratio magis esset apta ad illa tēpora quæ iam effugisti. Nūc vero tantū te para ad hæc nobiscū ferenda, qb⁹ ego si quā medicinā inuenirē, tibi quoq; eandē traderē: sed est vnū profugium doctrina, ac literę, quibus semper vsi fuimus, quæ secundis rebus delectationē modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem. Sed ut ad initium reuertar, caue dubites, quin omnia de salute, ac reditu tuo perfecta sint. Vale.

M. CICERO Q. LIGARIO. S. D.

Cæsaris placabilitas.



Nisi tali tuo tēpore me aut cōsolādi, aut iuuādi tui causa, scribere ad te aliquid p̄ nostra amicitia oportebat, tamē adhuc id nō feci, quia neq; lenire videbar oratiōe, neq; leuare posse dolorē tuū. Postea vero q̄ magnā spē habere cœpi, fore ut te breui tēpore incolumē haberem⁹, facere non potui, quin tibi & sententiā, & volūtātē declararē meā. Primū igit̄ scribā qd̄ itelligo, & p̄spicio, nō fore ī te Cæsarē duriorē. nā & res eū quotidie, & dies, & opinio hominū, & ut mihi videt̄, etiā sua natura mitiorem facit: idq; cū de reliq; sentio, tū de te etiā audio ex familiarissimis eius, quibus ego ex eo tēpore, quo primū ex Aphrica nuncius venit, supplicare vna cū fratribus tuis nō destiti, quorū quidē & virtute, & pietate, & amore in te singulari, & assidua, & p̄petua salutis tuę cura tantū profecit, ut nihil sit, qd̄ non ipsum Cæsarē tributurū existimē, etsi tardius sit, q̄ volum⁹: magnis occupationibus eius, a quo omnia petuntur, aditus ad eū difficiliores fuerunt: & simul Aphricanę causę iratior, diutius velle videtur eos habere sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus essem olestiis cōsistatū. Sed hoc ipsum intelligimus eū quotidie remissius, & placatius ferre, quare mihi crede, & memorię mada, me tibi id affirmasse, te in istis molestiis diutius nō futurū. Quādo quid sentire exposui, quid vellē tua causa, re potius declarabo, q̄ oratione. Et si tantū possem, quantū in ea repu. de qua ita meritis sum, ut tu existimas, posse debebam, ne tu quidē in istis incōmodis esses. Eadē em̄ causa opes meas fregit, quæ tuā salutem in discrimē adduxit. Sed tamē qcquid imago veteris meę dignitatis, qcqd̄ reliquę gratię valebūt, studiū, cōsiliū, opera, gratia, fides mea, nullo loco deerit tuis optimis fratrib⁹. Tu fac habeas fortē animū, quæ semper habuisti, primū ob eas causas, quas scripsi, deinde q̄ ea de repu. semper voluisti, atq; sensisti, ut non modo secūda sperare debeas, sed etiā, si omnia aduersa essent, tamen & conscientia, & factorum, & consiliorum tuorum quęcūq; acciderent fortissimo, & maximo animo ferre deberes. Vale.

M. CICERO Q. LIGARIO. S. D.

In tua salute cōsumer



Me scito omnem meum laborem, omnē operā, curā, studiū in tua salute cōsumere. nam cum te semp maxime dilexi, tum fratrū tuorū, quos eque, atq; te summa beneuolētia sum complexus, singularis pietas, amorq; fraternus, nullum me patitur officii erga te, studiūq; munus, aut tēpus prætmittere. Sed quæ faciā, fecerimq; pro te, ex illorū te literis, q̄ ex meis malo cognosce re. Quid autem sperem, aut cōfidam, & exploratum habeam de salute tua id tibi a me declarari volo. Nam si quisq; est timidus in magnis, periculosissq; rebus, semperq; magis aduersos rerum exitus metuens, q̄ sperans secundos, is ego sum, & si hoc vitium est, eo me non carere cōfiteor. Ego idem tamen cum ad. ii. Calen. intercalareis priores, rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Cæsarem, atq; omnem adēundī & conueniendī illius indignitatem, & molestiam pertulissem, cum fratres, & propinquī tui iacerent ad pedes, & ego essem locutus, quæ causa, quæ tempus tum postulabat, non solum ex oratione Cæsaris, quæ sane mollis, & liberalis fuit, sed etiam ex oculis, & vultu, & multis præterea signis, quæ facilius perspiciere potui, q̄ scribere, hanc in opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia



non esset. Quãobré fac animo magno fortiq; sis, & si turbidissima sapiéter ferebas, tráglíora lēte feras. Ego tñ tuis rebus sic adero, vt difficillimis, neq; Cēsari solū, sed etiā amicis ei⁹ oī- bus, quos mihi amicissimos esse cognoui, p te, sicut adhuc feci, libētissime supplicabo. Vale.

CICERO BASILIO. S.



Ibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor: a te amari, & quid agas, quidq; agatur, certior fieri volo. Vale.

Gratulor.  
Gaudeo.

BITHYNICVS CICERONI. S.



I mihi non tecum, & multe, & iustę causę amicitie priuatim essent, repeterē inītia amicitie ex parentibus nostris: quod faciendum iis existimo, qui pa- ternam amicitiam nullis ipsi officiis profecuti sunt. Itaq; contentus ero no- stra ipsorum amicitia: cuius fiducia peto a te, vt absentem me quibuscunq; in rebus opus fuerit, tueare, si nullum officium tuum apud me intermori- turum existimas. Vale.

M. CICERO BITHYNICO. S.



Vm ceterarum rerum causa cupio esse aliquando temp. constitutam, tū ve- lim mihi credas, accedere id etiam, quo magis expetam promissum tuum, quo in literis tuis vteris. Scribis em̄ si ita sit, te mecum esse victurū. Gratif- sima mihi tua voluntas est, facisq; nihil alienū necessitudine nostra, iudicia- isq; patris tui de me, summi viri. Nam sic habeto, beneficiorum magnitudi- ne, eos qui temporibus valuerunt, aut valeant, cōiunctiores tecū esse q̄ me, necessitudine neminem. Quamobrem grata mihi est & memoria tua nostrę coniunctionis, & eius etiam augendę voluntas. Vale.

M. CICERO LEPTAE. S. D.



Imul vt accepi a Seleuco tuo literas, statim quęsiui e Balbo per codicillos quid esset in lege. Rescripsit eos, qui facerēt p̄coniu, vetari esse in decurio nibus: qui fecissent, nō vetari. Quare bono animo sint & tui, & mei familia- res. neq; em̄ erat ferendum, cū qui hodie aruspiciā facerent, in senatu Ro- mę legerent, eos q̄ aliquando p̄conium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere. De Hispanis noui nihil, magnū tamē exercitum Pompeium habere constat. Nā Cēsar ipse ad nos misit exemplū Patiati literarum, in quo erat illas vnde cim esse legiones. scripserat em̄ Messala Qu. Salasso, P. Curtium fratrē eius, iussu Pompeii in spectate exercitu interfectū, q̄ cōsensisset cum Hispanis quibusdā, si in oppidū nescio qd̄ Pō- peius rei frumentarie causa venisset, eū cōprehendere, ad Cēsareq; deducere. De negotio tuo q̄ sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, homo in te familiari non pa- rum diligens, non desinam cum illo communicare, si quid expediri possit, qd̄ videbatur mi- hi ille confidere. Oratorem meum tantopere a te probari vehementer gaudeo. Mihi qd̄ sic persuadeo, me q̄quid habuerim iudicii de dicēdo, in illū librū cōtulisse. Qui si est talis, qua- lem tibi videri scribis, ego quoq; aliquid sum: sin aliter, nō recuso quin quantū de illo libro, tantundē de mei iudicii fama detrahatur. Leptam nostrū cupio delectari iā talibus scriptis, et si abest maturitas etatis, iā tamē personare aureis eius huiusmodi vocibus nō est inutile. Me Romę tenuit omnino Tullie meę partus. Sed cū ea, quēadmodū spero, satis firma sit. te- neor tñ dū a Dolabelle procuratoribus exigam primam pensionem. & mehercule non tam sum peregrinator iam, q̄ solebā: edificia mea me delectant, & otium domus est, quę nulli vil- larū mearū cedat, otiiū oī deserrissima regione maius. Itaq; ne literę qd̄ meę ipediunt, in qui- bus sine vllō interpellatore versor. Quare vt arbitror, prius hic re nos, q̄ istic tu nos videbis. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum, & habeat in ore, τὸς δ' ἀρετῆς ἰδρωτὰ θεοὶ προσάροισεν ἔθικω ἀνάσσει μακρὸς δεινὸς ὄρβιθ' οἶμος ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἔρχυς τὸ πρῶτον, ἐπὶ δ' εἰς ἄκρον ἴκη- ται. Πηδ' ἰδ' ἦπατα πέλ' χαλεπὴν ἐδ' ἔσ'.

P̄conium  
faciētes ne  
sint in de-  
curionib⁹.

Ciceronis  
Orator.

Hic & istic

CICERO LEPTAE. S.



Aculam officio functū esse gaudeo, eius Falernum mihi semper idoneum vi- sum est diuersorio, si modo tecti satis est ad comitatū nostrū recipiendū. Ce- terum is mihi quidē locus nō displicet, nec ea re Petrinū tuū deserā. Nā & villa, & amoenitas illa commorationis est, non diuersorii. De curatione aliā qua munerum regionum cum Oppio locutus sum. Nam Balbum postea q̄

Macula.



## XIX Epistolarum familiarium

tu es profectus, non vidi: tantis pedum doloribus afficitur, vt se conueniri nolit. Omnino de tota re, vt mihi videtur, sapientius faceres si non curares. Qd enim eo labore assequi vis nullo modo assequere. tanta est enim intorum multitudo, qd ex his potius aliquis effluat, qd nouo sit aditus, presertim qui nihil afferat preter operam, in qua ille se dedisse beneficiu putabit, si modo ipsum sciet non accepisse. Sed tamen aliquid videbimus, in quo sit spes: aliter quidem non modo non appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Asture diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoq; veniat. Vale.

CICERO TORANO. S.

Dedi pueris ad te literas.



Ederam triduo ante pueris Cn. Planci literas ad te, ero nunc eo breuior, te qd, vt antea consolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse vtilius, qd ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit. Nam preter nauigationis longe, & hyemalis, & minime portuose periculum, qd vitaris, ne illud quidem negligendum, qd vis subito, cum certi aliquid audieris, te istinc posse proficisci. Nihil est preterea cur aduenientibus te offerre gestias. Multa preterea metuo, que cum Milone nostro communicauit. quid multa? Loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti, ex quo te quocunq; opus erit, facillime, & expeditissime me conferas: qd si recipiet ille se, ad tempus aderis: sin (quoniam multa accidere possunt) aliqua res eum vel impedit, vel morabitur, tu ibi eris, vbi omnia scire possis. Hoc mihi profus valde placet. De reliquo, vt te sepe per literas hortatus sum, ita velim tibi persuadeas, te in hac causa nihil habere, qd timendum sit, preter communem casum ciuitatis: qui etsi est grauissimus, tamen ita viximus, & id etatis iam sumus, vt omnia que non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent, summaq; pietate te desiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura vt valeas, & te istinc ne temere commoueas. Vale.

CICERO TORANO. S. D.



Profici.

Eti cum hec ad te scriberem, aut appropinquare exitus huius calamitosisissimi belli, aut iam aliquid actum, & confectum videbatur, tamen quoti die comemorabam te vnu in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, & me tibi, solosq; nos vidisse quantum esset in eo bello mali, in quo spe pacis exclusa, ipsa victoria futura esset acerbissima, que aut interitum allatura esset, si victus esses, aut si vicisses, seruitutem. Itaq; ego, quod tunc fortis illi viri, & sapientes Domitii, & Lentuli timidum esse dicebant, eram plane, timebam enim ne euenirent ea, que acciderunt, idem nunc nihil timeo, & ad omnem euentum paratus sum. Cu aliquid videbatur cauere posse, tu id negligi dolebam. Nunc vero euersis oibus rebus, cu consilio profici nihil possit, vna ratio videbit, quod quid euenit, ferre moderate. PRAEsertim cum omnium rerum mors sit extremum, & mihi sim conscius me quoad licuerit, dignitati reip. consuluisse, & hac amissa, salutem retinere voluisse. Hec scripsi, non vt de me ipse dicerem, sed vt tu, qui cotractissima fuisti mecum & sententia & voluntate, eadem cogitares. MAGNA enim consolatio est cu recordare, etiam si secus acciderit, te tamen recte, vereq; sensisse. Atq; vtinam liceat aliquando aliquo reip. statu nos frui, interq; nos conferre sollicitudines nostras, quas pertulimus tu cu timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, que facta sunt. De tuis rebus nihil esse quod timeas, preter vniuersam reip. interitum, tibi confirmo: de me autem sic velim iudices, quantum ego possim, me tibi, salutem tuam, liberisq; tuis summo cum studio presto semper futurum. Vale.

CICERO DOMITIO. S. D.



Non ea res me deterruit, quo minus postea in Italia venisti, literas ad te mitterem, qd tu ad me nullas miseris, sed quia nec quod tibi pollicerer ipse egens rebus omnibus, nec quod suaderem, cu mihi metipsum consilium deesset, nec quod consolatiois afferrem tantis malis reprobam. Hec quod nihil meliora sunt, nunc etiam atq; etiam multo desperatiora, tamen inaneis esse meas literas, que nullas malui. Ego si te intelligerem plus conatum esse suscipere Reipublice causa muneris, que quantum prestare potuisses, tamen quibuscunq; rebus possem, ad eam conditionem te viuendi, que daretur queq; esset, hortarer. Sed cu consilium tuum bene fortiterq; susceptum, eum tibi finem statueris, que ipsa



fortuna terminū nostrarū cōtentionū esse voluisset, oro, obtestorq; te p̄ nostra vetere cōiū Pro-  
 ctione, ac necessitudine, p̄q; summa mea ī te bñuolētia, & tua ī me pariter, te vt nobis, parē-  
 ti, cōiugi, tuisq; oībus, qb̄ es, fuistiq; semp̄ charissim⁹, saluū cōserues: incolumitati tuę tuo  
 rūq; q̄ ex te p̄dēt, cōsulas: que didicisti, queq; ab adolescētia pulcherrime a sapiētissimis vi-  
 ris tradita memoria, & sciētia cōprehēdisti, iis hoc tpe vtare: quos cōiunctos summa bene-  
 uolētia, plurimiq; officiis amasti, eorū desiderium, si nō equo aīo, at forti feras. Ego qd̄ pos-  
 sim nescio, vel potius me parū posse sentio: illud tñ tibi polliceor, me q̄cūq; salutē, dignita-  
 tiq; tuę cōducere arbitror, tāto studio eē facturū, quāto sēp̄ tu & studio, & officio ī meis  
 rebus fuisti. Hāc meā voluntatē ad matrem tuā optimā fēminā, tuīq; amātissimā detuli. Si  
 quid ad me scripseris, ita faciā, vt te velle intellexero. Sin tu minime scripseris, ego tñ oīa  
 que tibi vtilia esse arbitror, summo studio, diligenterq; curabo. Vale.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER SEPTIMVS.

M. CICERO. M. MARIO. S. D.



I te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinīs tuę tenuit,  
 quo minus ad ludos venires, fortunę magis tribuo, q̄ sapiētie tuę.  
 Sin hęc, q̄ ceteri mirātur, cōtēnenda & duxisti, & cū p̄ valetudinē  
 posses venire, tñ noluisti, vtrūq; letor, & sine dolore corpis te fuise  
 se, & aīo valuisse, cū ea q̄ sine causa mirātur alii, neglexeris: modo  
 vt tibi cōstiterit fructus otii tui, quo qdem tibi perfrui mirifice li-  
 cuit, cū esses in ista amēnitate, pene solus relictus. Neq; tñ dubito  
 quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianū perforasti, & pa-  
 tefecisti Seianū, per eos dies matutina tpa lectiunculis consumpse-  
 ris, cū illi interea qui te istic reliquerūt, spectarēt cōmuneis mimos  
 semisomni. Reliquas vero parteis diei tu cōsumebas his delectationibus, quas tibi ipsi ad ar-  
 bitriū tuū cōparas. Nobis aut̄ erāt ea perperitēda, que scilicet SP. Metius probauisset. Oīno si  
 queris, ludī apparatissimi, sed nō tui stomachi. coniecturā em̄ facio de meo. Nā primū hono-  
 ris causa in scenā redierāt ii, quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar: delitix  
 vero tuę noster Aesopus eiusmodi fuit, vt ei desinere per omneis hoīes liceret. is iurare cū  
 cœpisset, vox eū defecit in illo loco. Si sciens fallo, qd̄ tibi ego alia narrē! Nosti em̄ reliquos  
 ludos, quid̄ ne id qdem leporis habuerūt, qd̄ solent mediocres ludī. Apparatus em̄ spectatio  
 tollebat oēm hilaritatē, quo quidē apparatu nō dubito qn̄ animo equissimo carueris. Quid  
 em̄ delectatiōis habēt sexcēti muli in Clytemnestra! aut in equo Troiano craterarū tria mi-  
 lia! & armatura variā peditatus, & equitatus in aliqua pugna! Que popularē admirationē  
 habuerūt, delectationē tibi nullā attulissent. Q; si tu per eos dies operam dedisti Protogeni  
 tuo, dūmodo is tibi quid̄ potius, q̄ oratiōes meas legerit, ne tu haud paulo plus, q̄ qsq; nos-  
 trū delectatiōis habuisti. Nō em̄ te puto Græcos, aut Oscos ludos desiderasse, presertim cū  
 Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis, Græcos vero ita ames, vt ne ad villā quidē  
 tuā via Græca ire soleas. Nā quid ego te Athletas putē desiderare, qui gladiatores contēpse-  
 ris! in qbus ipse Pōpeius cōfitetur se & operā & oleū perdidisse. Reliquę sunt venationes, bi-  
 ne p̄ dies quinq; magnifice, nemo negat. Sed que potest eē hominī politico delectatiō, cū aut  
 homo imbecillus a valētissima bestia laniatur, aut preclara bestia venabulo trāsuerberatur!  
 Que tñ si vidēda sint, sepe vidisti, neq; nos qui hęc spectamus, q̄q; vidimus noui. Extremus  
 Elephantorū dies fuit, in quo admiratiō magna vulgi, atq; turbe, delectatiō nulla extitit, qn̄  
 etiā misericordiā quedā cōsecuta est, atq; opinio eiusmodi, esse QVANDAM illi belluę cū  
 gñe hūano societate. His ego tñ dieb⁹, ludis scenicis, ne forte videar tibi nō modo t̄beatus,  
 sed ne liber oīno fuisse, dirupī pene me in iudicio Gallī Caniniū familiaris tui, q̄ si tam faci-  
 lem populū haberē, q̄ Aesopus habuit, libēter mehercule artē desinere, tecūq; & cū similib⁹  
 nostri viuerē. Nā me cū antea tēdebat, tū & etas, & ambitio me hortabant, & licebat deniq;  
 quē nolebā, nō defendere, tū vero hoc tpe vira nulla est. Neq; n. fructū vllū laboris ex his pe-  
 to, & cogor nōnunq; hoīes nō optime de me meritos, rogatu eorū q̄ bene meritū sunt, defen-  
 dere. Itaq; quero causas omneis aliqn̄ viuēdi arbitratu meo, teq; & istā rationē otii tui, & lau-  
 do vehemēter & probo, q̄q; nos minus interuisis, hoc fero aīo equiore, q̄ si Romę esses, tñ  
 probo,

Ludos pu-  
 bl. recte cō-  
 tēni.

Ludorum  
 qualitas.  
 Aesopus.

Ne

Operam &  
 oleū perde-  
 re.

Elephāti,

tñ b̄tus.

Artē desi-  
 nere,

Laudo &  
 probo,